

John Carter Brown.

BOUND BY W. PRATT FOR H. STEVENS

Engd. T. p. 82.

Pomponius mela de totius Orbis deſcriptione. Author Luculentiſſ. Nūquā antea citra montes impreſſus.



Roberti Nicolsoni Londinensis

.Pariſijs. 1507.

Godofredus Torinus Bituricus. Philiberto Baboo. ciui Biturico. ſereniſſ. Gallorum regis diſpenſatori ac camerario meritiſſ. Salutem dicit, humilimam.

¶Pomponiū Melā/ornatiſſ. Philiberte geographorū authorē luculētiſſ. quū nup inſpicerē. eū tot mēdis deprauatū/ac lacerū eſſe cognoui: vt

Vergilius. Eneiđ. ij.

Ecce ante oculos mœſtiſſ. author viſus adeſſe mihi largoſq; effundere flet⁹. Ecce iquā Raptatus bigis (heu miſerū) aterq; cruento Puluere: pq; pedes traiectus lora tumētes Quā grauiter gemit⁹ Imo de pectore ducens/ talib. verbis cōqueri videbat. Siccine ego q tot terras/tot gētes/iſulas/amnes/freta/vada/carybdes. tā elegāter deſcripſi quiq; toti⁹ orbis deſcriptionē/tā cōfidēter aggreſſus ſū. ſic mācus/ſic mutilus/ſic trūcus habebor?

Hei mihi quā cæſus ſum: quāq; ſimilimus illi.
Hectori qui quōdā cōcretos ſanguine crines.
Vulneraq; illa tulit: quæ circū plurima muros
Accæpit patrios. Niſi medicabiles aliquæ ī me manus ſe extendāt/ſine dub. Iā emoriar.

Proper. li. ij. Ad Mœcenatem.

Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon
Phœnicis Chyron lumina Philyrides
Et deus extinctum creſſis Epidaurius herbis
Reſtituit patrijs Androgeona focis. Sed ſane credo qđ

Item ibiđ.

Hoc ſi quis vitiū potuit Iam demere, ſolus. Tantalea poterit tradere poma manu. Dolia virgineis idē ille repleuerit vrnis Ne tenera aſſidua colla grauētur aqua. Idem Caucaſea ſoluet de rupe Promethei. Brachia & a medio pectore pellet auē. Certe ſtatī apud me dixi: Si Machaō/ſi Chyron/aut Aeſculapi⁹ eſſem: libēs huic rei ſubuenirē. Sed qđ autē ſi manuum mearū opellā impēderē? nōne remedio eſſe poſſem? forte. at equidē exptus. & id quo ſaltē emēdatior habeat. Quod ſi

Idem li. ij. Ad Muſā.

deficiāt vires/audacia certe. Laus erit in magnis & voluiſſe ſat eſt. Pauculas ergo annotationes adiecimus: quib. cum ſub tuo noīe. (Quādoquidā & literarū/& literatorū amātiſſimus es.) bonis vt aiunt auib. Pomp. ipſe Mela iam tutius exeat. Vale.

¶Parrhiſijs. vj. No. Decemb. M.CCCCC. vij.

o RBIS SITVM DICERE ag-
gredior impeditũ opus & facun-
diæ minime capax. Conſtat.n.
fere gentium locorumq; nomini-
bus & eorum perplexo ſatis ordine: quẽ per-
ſequi longa eſt magis q̄ benigna materia: Ve-
rum aſpici tamen cognoſciq; digniſſimum: &
quod ſi non ope ingenij orãtis: at ipſa ſui con-
tẽplatione/ pretiũ opere atendentiũ abſoluat
¶Dicam autem alias plura & exactius: Nũc
autem vt quæque erunt clariſſima & ſtrictim
¶Ac primo quidem quæ ſit forma totiꝰ: quæ
maxime partes: quo ſingulæ modo ſint: vtq;
habitentur expediam. Deinde rurſus oras
omnium & littora vt intra extraq; ſunt: atq;
vt ea ſubit: ac circumluit pelagus: additis que
in natura regionum incolarumq; memoran-
da ſunt. Id quo facilius ſciri poſſit atq; accipi
paulo altius ſumma repetetur.

¶Omne igitur hoc quicquid eſt: cui mũdi cæ — mũdi iqua tuor ptes diuiſio.
Capitulũ.j liq; nomen indidimus vnũ ideſt: & vno ãbitu
ſe/cũctaq; amplectitur. ¶Partibꝰ differt: Vn-
de ſol oritur oriens nũcupat̃: aut ortus. Quo — Oriẽs
demergitur. occidẽs vel occaſus. Qua decur- — Occidens
rit. meridies. Ab aduerſa parte. ſeptẽntrio. — Meridies. Septẽtrio.
¶Huic medio terra ſublimis cĩgit̃ vndiq; ma — Terra
ri. ¶Eadẽq; ĩ duo latera: quæ hemiſpæria no — hemiſpia.
.v. zone mũdi minãtur ab oriente diuiſa od occaſum zonis
quĩq; diſtinguitur. ¶Mediã æſtus infeſtat.
frigus vltimas. ¶Reliquæ habitabiles paria

Antichthones ab anti. & chthonos id eſt terreſtris. quaſi cōtra terreſtres. qui & antipodes

agūt āni tēpora: ver non pariter. ¶ Antichthones alterā: nos alterā icolimus. Illius ſitus ob ārdorē intercedētis plagæq; incognitus. Huius dicēdus eſt. ¶ Hæc ergo ab ortu porrecta ad occaſum: & quia ſic iacet aliquanto q̄ vbi latiſſima eſt lōgior ābitur oīs oceano. ¶ Quatuorq; ex eo maria recipit. Vnū ab ſeptentrione/a meridie duo. Quartū ab occaſu. Suis locis illa referētur. ¶ Hoc primū āguſtū nec āplius decem millibus paſſuum patens terras aperit atq; intrat. ¶ Tū lōge lateq; diffuſum abigit vaſte cædentia littora/hiſdemq; ex diuerſo prope coeuntibus adeo in arctū agitur: vt minus mille paſſibus pateat. Inde ſe rurſus: ſed modice admodū laxat rurſūq; etiā q̄ fuit arctius exit in ſpartium. Quo cum eſt acceptum ingens iterum & magno & paludi cæterū exiguo ore cōiungit. ¶ Id omne qua venit: quaq; diſpargitur vno vocabulo noſtrū mare dicit. ¶ Anguſtias introitūq; venientis nos fretum: græci πορθμον. appellāt. ¶ Qua diffunditur alia aliis locis cognomina acceptat. Vbi primum ſe coartat heleſpontus vocatur. Propōtis vbi expandit. Vbi iterū preſſit thracius boſſorus. Vbi iterum effūdit pontus Euxinus/ qua paludi cōmittitur chimerius boſphorus/palus ipſa meotis. ¶ Hoc mari/& duob⁹ inclitis ānibus tanai & nilo: In tres partes vniuerſum diuiditur. Tanais a ſeptentrione ad meridiem vergens in mediam fere me-

Quattuor maria.

Anguſtia freti i gadibus.

Mare nr̄m

Porthmos latie fretū dicitur.

Heleſpōt⁹.

Propontis.

Thracius boſſorus.

Pōt⁹ euxi.

Boſſor⁹ chimerius.

Meotis

Tanais & Nil⁹ annes īclyti.

Diuiſio triū ptiū terre. hitabl'is

otidē defluit/& ex diuerſo nilus in pelagus.
¶Qnod terrarū iacet a freto ad ea flnmina ab altero latere Africam vocamus ab altero Europen. ad nilum africam/ad tanain europen: Africa. Europa. Aſia.

ASIE DESCRIPTIO GENERALIS.

Vltra quicquid eſt Aſia eſt. Tribus hanc partibus tāgit oceanus ita nominibus: vt locis differens. Eous ab oriente. a meridie Indicus a Septentrione Sſythicus. Ipſa ingēti ac perpetua fronte verſa ad orientē tantū ibi ſe in altitudinem effnndit: quantum Europe & africa & quod inter ambas pelagus immiſſum eſt. Tria maria aſie. Eous. Indicus. Scythicus. Oceanus

Mare. Indicum. Scithicum. Inde cum aliquatenus ſolida proceſſit ex illo oceano: quem indicum diximus Arabicū mare & Perſicum / ex Scithico Caſpium recipit & ideo qua recipit anguſtior. Rurſus expāditur & fit tam lata q̄ fuerat. Deinde cum iam in ſuum finem aliarumq̄ terrarū cōfinio deuenit media noſtris æquoribus excipitur. reliqua altero cornu pergit ad nilum altero ad tanaim. Ora eius cum alueo nili amnis ripis deſcēdit in pellagus & diu ſicut illud incedit ita ſua littora porrigit. Deinde fit uenienti obiam & primum ſe ingenti ambitu incuruat poſt ſe ingenti fronte ad Heleſponticum fretum extendit ab eo iterum obliquat ad Boſphorū/ iterūq̄ ad ponticū latus curua aditum mæotidos tranſuerſo margine attingit. Ipſa gremio ad Tanaim vſq̄ cōplexa ſit ripa: qua Tanais eſt. ¶In ea primos hominum acci- Mare Arabicum Perſicum Caſpium. Athlāticū mare Ponticum Bosphorus. Mæotis. Tanais. Exteriora

pimus ab oriente. Indos & Seres & Scythas. Seres media ferme eoæ partis incolunt. Indi vltima. ambo late patentes: neq; in hoc tantũ pelagus effuſi. Spectant etiã meridiem: Indi orãq; indici maris: niſi q; æſtus inhabitabilem efficiunt: diu continuis gentibus occupant. Spectant & ſeptẽtrionem Scythæ ac littus ſcythicũ. Niſi vnde frigoribus arcent̃ vſq; ad caſpiũ ſinũ poſſidẽt. ¶ Indis ꝓxima ẽ ariane. Deinde aria & Cedroſis & pſis ad ſinũ perſicũ. hunc populi perſarũ ambiũt. Illũ alterũ arabes/obijs: quod in africã reſtat: æthiopum ẽſt. Illic caſpiani ſcithis proximi ſinum caſpium cingũt. Vltra Amazones vltraq; eas hyperborei eſſe memorant̃. ¶ Interiora terrarũ multæ variæq; gentes habitãt gandari. & pariani. & bactri. Suſiani. pharmacotrophi. comare. coamani. Rophanes. dachę ſuper ſcythas ſcytharũq; deſerta ac ſuper caſpiũ ſinũ. Comari. Maſſagetæ. Caduſi. Hircani. Hiberi. ¶ Sup Amazonas & Hyperboreos. Cimerij. Ciſſi. Antiachæ. Georgili. Moſchi. Corſitæ. Phoriſtæ. Riphaces. atq; vbi in nr̃a maria tractus excedit̃. Mati. ãtibarãi & notiora iam nomina. Medi. Armeni. comageni. Murrani Vegeti. Cappadoces. Gręci. Lycaones. Phriges. Perſæ. Iſauri. Lydi Syrocilices. ¶ Rurſus exijs/quę meridiem ſpectant: eædemq; gentes interiora littora vſq; ad ſinum perſicum. Super hunc ſunt parthi, & Aſirij/ſuper illum

Seres
Scythe.
Ariane.
Cedroſia.
Perſis.
Amazões.
Hypborei.
Gandari.
Pariani.
Bactri
Suſiani.
Pharmacotrophi.
Comari.
Maſſagetę
Caduſi.
Hircani.
Hiberi.
Cimmerij.
Mati. Antibarani.
Medi. Comageni.
Murrani.
Vegeti. Capadoces.
Alij legũt Gallo græci. vt Hermolaus.
Barbar̃.
Sirocilices
Parthi.
Aſſirij

Indi.
Perſæ
Arabes.
Aethiopes
Amazões.
Interiora.
Comaræ.
Coamani.
Rophanes
Dachæ.
Ciſſi.
Antiachæ.
Georgili.
Moſci
Corſitæ.
Phoriſtæ.
Riphaces.
Græci.
Lycaones.
Phriges.
Perſæ
Iſauri
Lydi.

alterum Babylonij.& ſuper Aethiopas ægyp Babylonij.
ti ripis Nili Amnis & Mari proxima iidem Aegyptij.
Arabia. Aegyptij poſſidēt. ¶Deinde Arabia āguſta
fronte ſequentia littora attingit.ab ea vſqꝫ ad Syria
flexum illnm: quem ſupra rettulimus. Syria Cilicia.
& in ipſo flexu Cilicia.extra autem Lycia & Lycia
Pamphilia.Caria.Ionia.Aeolis. Troas vſqꝫ Pamphilia Caria
Bithyni. ad helleſpontum.ab eo bithyni ſunt ad thra= Ionia
ciū boſporum.¶Circa pontum aliquot popu Aeolis.
Pōtici pp̄li. li alio alioqꝫ fine. omnes vno nomine pontici Troas.
dicūtur.ad lacū/mæotici. ad tanaī ſāromatæ Sāromatæ

Capl'm. ij. EVROPAE DESCRIPTIO generalis Europa.

Europa terminos habet ab oriente Tanain &
mæotida & pontum a meridie reliqua noſtri
maris. ab occidente Atlāticū/a ſeptemtrione
britāni nūc Britannicum oceanū.Ora eius:forma littorū
Angli. ap. Tanat ad heleſpontum: quia ripa eſt dicti am
nis:quia flexum paludis ad ponticum redigit
quia propōtidi & heleſpōto latere adiacet:cō=
trarijs littoribus: Aſie non oppoſita modo:
verum etiam ſimilis eſt.Inde ad fretum nunc Tres ſinus
vaſte retracta:nunc prominens tres maximos in Europa
ſinus efficit:totidemqꝫ in altum ſe magnis frō
tibus euehit .Extra fretum ad occidentem in
æqualis admodum præcipue media procur=
rit:ad ſeptemtrionem: niſi vbi ſemel iterumqꝫ
grandi receſſu abducitur:pene vt directo limi Egeū
te extenta eſt. ¶Mare:quod primo ſinu acci= Mare
pit ægeū dicitur/Quod ſequenti in ore.Ioniū Ioniū
hadriaticum interius. Quod vltimo/nos tuſ= Hadriatic.

Tyrrenum Tuſcum. cum: quod graij Tyrrenum perhibēt. ¶ Gentium prima eſt ſcythia alia q̄ dicta eſt a tanai media ferme pontici lateris. hinc in ægei partem continens Thraciæ ac Macedoniæ adiungitur. Tum græciæ prominet: Aegeumq; ab Ionio mari dirimit. ¶ Adriaticū Illiris occupat inter ipſū adriaticū & tuſcum Italia procurrit In tuſco intimo gallia eſt. Vltra hiſpania eſt. hæc in occidentem diuq; etiam ad ſeptentrionem diuerſis frōtibus vergit. ¶ Deinde rurſus gallia eſt longe & a noſtris littorib⁹ huc vſq; promiſſa. ab ea Germani ad Sarmatas porriguntur. illi ad Aſiam.

Scythia. Thracia. Macedoia. Illiris. Italia. Gallia. Hiſpania. Germani.

Legitur Adriatici latus. ab Hermolao Barb.

Caplm. iij.

AFRICAE Deſcriptio generalis.

Africa.

¶ Africa ab oriētis parte nilo terminata: pelago a cæteris. ¶ Breuior eſt quidē q̄ Europa quia nec vſquam aſiæ & non totis huius littoribus obtenditur. Longior tamen ipſa qnam latior. & qua ad fluuium attingit latiſſima: Vtq; inde procedit: ita media præcipue in iuga exurgens pergit in curua ad occaſum: faſtigiatq; ſe molliter. & ideo ex ſpatio paulatim abductior. Vbi finitur: ibi maxime anguſta eſt. Quantum incolitur eximie fertilis. Verum q; plæraq; eius inculta: & aut harenis ſterilibus obducta: aut ob ſitim cæli terrarum q; deſerta ſunt: aut infeſtantur multo ac maleſico genere animalium: vaſta eſt magis q̄ frequens. ¶ Mare: quo cingitur a ſeptentrione libicum/a meridie æthiopicum. ab occidē

De fertilitate & ſterilitate afri.

te athlanticum dicimus. ab ea parte: quæ libyco adiacet proxima Nilo prouincia: quam Cyrenas vocant. Deinde cui totius regionis vocabulo cognomen inditum eſt: Africa. Cætera/Numidæ & mauri tenent. Sed mauri in athlanticum pelagus expoſiti: vltra Cigritæ ſunt & Caruſij: vſq; ad æthiopas. hi & reliqua huius & totum latus: quod meridiem ſpectat vſq; in aſiæ confinia poſſident.

Cyrene. Africa. Numidæ. Mauri. Cigritæ. Caruſij.

¶ At ſuper ea: quæ libyco mari abluuntur libyes ægyptij ſunt: & leucoætiopes & natio frequens multiplexq; getuli. Deinde late vacat regio perpetuo tractu inhabitabilis.

Leucoæthyopes. Aegyptij. Getuli.

¶ Tum primos ab oriente Garamantas. poſt Augilas & Troglodytas & vltimos ad occaſum Athlantas audimus. Intra: ſi credere libet. vix iam homines/magiſq; ſemiferi ægipanes & Blemmiæ & Gampaſantes & ſatyri ſine tectis paſſim ac ſedibus vagi habent potius terras quam habitent.

Garamā. Augilæ. Troglody. Athlantes Aegipães. Blemmiæ. Gāpaſātes Satyri. Semiferi homines.

¶ Hæc ſumma noſtri orbis. hæ maximæ partes. hæ formæ gẽteſq; partium. Nunc exactius oras ſituſq; dicturo: Inde eſt commodiſſimum incipere: Vnde terras noſtrum pelagus ingreditur. Et ab ijs potiſſimum: quæ influenti dextra ſunt. Deinde ſtringere littora ordine quo iacenri peragratiſq; omnibus: quæ mare attingunt: legere etiã illa: quæ cingit oceanus donec curſus incepti operis intra extraq; circũuectus orbem illuc: vnde cœperat: redeat.

Ordo particularis deſcriptionis.

Caplm.iiij. PARTICVLARIS AFRICAE deſcriptio

Dictum eſt athlãticum eſſe oceanum: qui terras ab occidente cõtingeret. hinc in noſtrum mare pergentibus læua hiſpania: mauritania dextra eſt. ¶ Primæ partes illæ Europæ. hæc Africę. eius oræ finis muluca caput atq; exordium eſt promontorium: quod greci ampeluſiam: afri aliter. ſed idem ſignificante vocabulo appellant. In eo eſt ſpecus Herculi ſacer. & vltra ſpecum Tinge oppidum peruetus ab Antęo: vt ferunt conditum extat rei ſignum parma elephantino tergore execto ingens: & ob magnitudinem nulli nunc vſuro habilis: quam locorum accolæ ab illo geſtatam pro vero habent/traduntq;: & inde eximie colunt ¶ Deinde eſt mons præaltus: ei quē ex aduerſo hiſpania attolit obiectus. hũc abilam: illum calpen vocant. columnas Herculis vtrumq;. addit fama nominis fabulam: herculem ipſum iunctos olim perpetuo iugo diremiſſe colles: atq; ita excluſum mole montium oceanũ: ad quem nunc invndat admiſſum. Hinc iam mare latius funditur: ſummotaſq; vaſtius terras magno impetu inflectit

Cæterum regio ignobilis: & vix quicq̃ illuſtre ſortita paruis opidis habitatur. parua flumina emittit: ſolo q̃ viris melior: & ſegnicie gentis obſcura. ¶ Ex iis tamen: quæ commemorare non piget Montes ſunt alti qui continenter & quaſi de induſtria in or-

Marginal notes (left): Muluca. / Ampeluſi. / ſpec⁹ ſacer Herculi. / Tinge / Antæus. / Abilas. / Calpe / Colunne herculis. / Regio ignobilis. / Bona terra ſed mala gens.

Marginal notes (right): Ingēs Antæi parma. / Fabula de colũ. herc. / Gēs ſegniculoſa.

dinem expoſiti ob numerum ſeptem ob ſimili- tudinem fratres vocantur .Tum vada flu- uius:& ruſigada & ſiga paruę vrbes:& port⁹: cui magno eſt cognomen ob ſpatium.

vij. mōtes fratres. Vada nomen flu. Ruſigada Siga. Portus magn⁹. Muluca. Numidia. Ampſacus

¶ Muluca ille:quem diximus:amnis eſt ingē tium olim regnorum terminus Bocchi Iugur thæq; ¶ Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis ampſaci ſpatio quidē q̄ mauritania anguſtior eſt: Verum & culta magis & ditior/ Vrbium:quas habet maxime ſunt cyrtha pro cul a mari :nunc Sicianorum colonia ;quon- dam regū domus.& Siphacis cum foret opu- lentiſſima ¶ Iola ad mare aliquando ignobi lis: Nunc quia iubę regia fuit:& quod cęſare- a vocitatur illuſtris. Citra hanc:nam in me- dio ferme littore ſita eſt: Cartinna & arſinna ſunt oppida & ampſa caſtellum & laturus ſi- nus & ſardabale fluuius vltra monumentum commune regiæ gentis. ¶ Deinde Ico ſium ruthiſia vrbes effluentes. Inter eas An- cus & Nabar aliaq;/quę taceri nullum rerum famæ ve diſpendium eſt. ¶ Interius et lō- ge ſatis a littore:ſi fidem res capit mirum admodū ſpinæ piſcium : muricum:oſtrearūq; fragmenta : ſaxa attrita : vti ſolent fluctibus & non differentia marinis infixæ cautibus ā- choræ:Alia & huiuſmodi ſigna atq; veſtigia effuſi olim vſq; ad ea loca pelagi in campis ni- chil alentibus eſſe inueniriq; narrantur.

Cyrtha. Sicianorū colonia. Iola. Cartinna. Arſinna. Latur⁹ ſin⁹. Sardaba. Ruthiſia. Ancus. Nabar. Attē. de loco vbi quōdam fuit mare

¶ Regio quę ſequitur a promōtorio Metago- nio ad Aras philenorū proprie nomen Atri-

Metagoni us promō. Philenorū aræ.

Ruſicade. Tabraca.

cæ vſurpat. In ea ſũt oppida Hippo regius & Ruſicade & Tabraca. Deinde tria promontoria. cãdidum. apollinis. mercurij. vaſte proiecta in altum duos grandes ſinus efficiunt/ hipponenſem vocant & proximũ ab hippone diarico: quod littori eius appoſitum eſt. In altero ſunt caſtra lælia. caſtra cornelia. flumen. Bragada. Vtica. & Carthago. ambæ inclitę: ambæ: a fœnicibus conditæ. Illa fato Catonis inſignis. hęc ſuo: nunc populi romani colonia: olim imperij eius pertinax æmula. Iam quidem iterum opulenta: etiam non tam priorum excidio rerum quam ope/ preſentiũ clarior. ℭ Hadrumetum. Leptis. Clupea. habromacte. phyreneapolis. hinc ad ſyrtim adiacẽt: vt inter ignobilia celeberrimæ. ℭ Sirti ſinus eſt centum fere millia paſſuum: qua mare accipit: patens trecenta: qua cingitur. Verum importuoſus atq; atrox: & ob vadorum frequentium breuia magiſq; etiam ob alternos motus pelagi affluentis & refluentis infeſtus. ℭ Super hunc ingens palus amnem. Tritona recipit. ipſa Tritonis: Vnde & Mineruę cognomen inditum eſt: vt incolæ arbitrantur ibi genitæ. faciuntq; ei fabulæ aliquam fidem: quod quem natalem eius putant ludicris virginũ inter ſe decertantiũ celebrant. ℭ Vltra eſt Oza oppidum & Cinyps fluuius per vberrima arua decidens. Tũ leptis altera & ſyrtis noĩe atq; ingenio par prio-

Hippo regius Vno verbo ab Hermo legitur.

Hippo. Bragada.

Vtica fato Catonis in ſignis Carthago ſuo fato in ſignis

Carthago

Cato vticẽ.

Hadrumetũ. Leptis. Clupea. Habroma. Abrotonũ legit Herõ. Barbarus. Sirtis.

Hermolaus legit Taphiæ Neapolis.

Tritonis.

Quare Minerua Tritonia ſit appella.

Oza. Her. Legit. Oea Cinyps. Leptis. Syrtis

ri. Cæterũ altero fere ſpacio qua dehiſcit quã q; flexum agit: amplior. eius promontorium eſt borion. ¶ Ab eoq; incipiens ora quam lothophagi tenuiſſe dicuntur vſq; ad phiconta & id promontorium eſt importuoſo littore: pertinax Aræ ipſæ nomen ex phylenis fratribus traxere: qui contra cireneicos miſſi Chartagine ad dirimendum cõditione bellun diu Iam de finibus & cum magnis amborum cladibus geſtum Poſtq̃ in eo quod conuenerat non manebatur: vt vbi legati cõcurrerãt certo tempore vtrinq; dimiſſi ibi termini ſtatuerentur: pacti deintegro vt quicquid citra eſſet: popularibus cæderet mirum & memoria digniſſimum facinus hic ſe viuos obrui pertulerũt. ¶ Inde ad catabatmon cireneica prouintia eſt: in eaq; ſunt hammonis oraculum fidei inclytæ/ & fons: quem ſolis appellant/ & rupes quædam auſtro ſacra. hæc cum hominũ manu attingitur ille immodicus exurgit arenaſq; quaſi maria agens ſic ſæuit: vt fluctibus. fons media nocte feruet. mox & paulatim tepeſcens fit luce frigidus: tunc vt ſol ſurgit ita frigidior. ſubinde per meridiem maxime riget. ſumit deinde tepores iterum & prima nocte calidus. atq; vt illa procedit ita calidior rurſus cũ eſt media perferuet. in littore. ¶ Promontoria ſunt Zephyrion. & nauſtathmos. Portus paretonius. ¶ Vrbes heſperia apollonia ptholomęis. Arſinoe/ atq; vnde ter

Borið
Lotopha.
Phiconta.
Qui ſe viuos obru.
Catabatmon.
Cireneica.
Hãmonis oraculum.
Fons ſolis.
Mõs exurgẽs cũ manu attingitẽ
Fõs mira.
Zephyriõ.
Nauſtath.
Apolonia.
Ptholomeis. Arſinoe.
Port⁹ Paretoni⁹. Heſpia. Vrbs.

Cyrene. Catabatmos finis africe

ris nomē eſt ipſa Cyrene. ¶ Catabatmos vallis deuexa in ægyptum finit affricam. ¶ Oræ ſic habitantur ad noſtrum maxime ritum moratis cultoribus: niſi quod quidam linguis differūt & cultu deorum quos patrios ſeruāt ac patrio more venerantur. ¶ Proximis nullæ quidem Vrbes ſtant, tamē domicilia ſunt: quæ Mappalia appellantur: victus aſper & mundicijs carens. ¶ Primores ſagis velantur vulgus beſtiarum peccudūq; pellibus: humi quies æpulæq; capiuntur. ¶ Vaſa ligno fiūt aut cortice, potus eſt lac, ſucuſq; baccarum: cibus eſt caro plurimum ferina. (nam gregibus quia id ſolum optimum eſt, quoad poteſt parcitur.) ¶ Interiores etiā incultius, ſequuntur vagi pecora: vtq; a pabulo ducta ſunt: ita ſe ac tuguria ſua promouent/ atq; vbi dies deficit ibi noctē agunt, quāq; in familias paſſim & ſine lege diſparſi. Nihil in commune conſultant: tamen quia ſingulis aliquot ſimul cōiuges/ & plures ob id liberi agnatiq; ſunt nuſquam pauci. ¶ Ex his qui vltra deſerta eſſe memorantur Athlantes ſolem execrantur: & dum oritur & dum occidit vt ipſis agriſq; peſtiferū. Nomina ſinguli non habent. ¶ Non veſcūtur animalibus. Ne que illis inquiete qualia cæteris mortalib⁹ viſere datur. ¶ Troglodıtæ nullarum opum domini: ſtrident magis quam loquūtur: ſpecus ſubeunt alūturq; ſerpētibus. ¶ Apud Garamantas etiā armē-

Mappalia domicilia.

Hi ſagis & pelli. veſti.

Hūi veſcū.

Lac. p potu

Gregib. hi parcunt.

Sigulis aliquot ſimul coniuges.

Athlātes. Solem execrantur.

Nō veſcūt animalib.

Nō ſōniāt.

Troglodi- tis nullæ opes.

Alūt ſerp. Garama.

ta ſunt ea:quæ obliqua ceruice paſcuntur. Nam pronis directa in humum cornua offici=unt. ¶Nulla certa vxor eſt:ex his qui tam cō fuſo parentum coitu paſſim incertiq; naſcun=tur: quos pro ſuis colāt formæ ſimilitudine a=gnoſcunt. ¶Angilæ manes tantum deos pu-tant / per eos deierant: eos vt oracula conſu=lunt/præcatiq;:quæ volunt vbi tumulis incu=buere pro reſpōſis ferunt ſomnia. ¶Fœminis eorum ſolenne eſt nocte qua nubunt omnium ſtupro patere:qui cum munere aduenerint & tum cum plurimis concubuiſſe maximum/ de cus in reliquum pudicicia inſignis eſt. ¶Nu=di ſūt Gamphaſantes armorūq; omniū igna=ri. Nec vitare ſciūt tela nec iacere/ideoq; ob uios fugiunt:neq; aliorū (q̄ quibus idem inge nij eſt)aut congreſſus aut colloquia patiūtur. ¶Blemijs capita abſunt/vultus in pectore eſt ¶Satyris præter effigiem nihil humani/ ægi=panum quæ celebratur ea forma eſt.

Nulla cer=ta vxor eſt

Angilæ.

Cū pl'imis cōcubuiſſe maximū decus

Gāphaſantes nudi & armorum ignari

Blemiæ q̄ nō habent capita. Sa=tyri. Aegi.

¶Hæc de africa.

¶ASIAE DESCRIPTIO particularis.

Aſia. Cap'm. v. Egyptus.

Aſiæ prima pars/ægyptus inter catabatmon & arabas ab hoc littore penitus immiſſa do=nec ethiopiam dorſo contingat ad meridiem refugit. ¶Terra expers imbrium/mire tamē fertilis & hominum aliorumq; animaliū per fœcunda generatrix:nilus efficit. amnium in noſtrum mare permeantium maximus. hic ex deſertis africæ miſſus nec ſtatim nauiga=

Egipt⁹ ex=pers ībriū.

Nilus

ri facilis. nec ſtatim nilus eſt: & cum diu ſim-
Meroe. plex ſeu uſq; deſcendit circa Meroen late patē
Aſtabores tem inſulam: in æthiopiam diffunditur: a lte-
Aſtape. raq; parte Aſtabores altera Aſtape dictus eſt
vbi rurſus coit ibi nomen hoc capit. Inde par-
tim aſper/ partim nauigia patiens in immanē
lacū deuenit: ex quo præcipiti impetu egreſſ⁹
Talenſus. & talenſo alteram inſulam amplexus: vſq; ad
Elephantilis vrbs. elephantilem vrbem egyptiam atrox adhuc
feruenſq; decurrit. Tum demum placidior
& iam pene nauigabilis: primum iuxta certa-
Certaſij. ſorum oppidum triplex eſſe incipit. Deinde
Delta. Melis iterumq; diuiſus ad deltam & ad melin et per Id ē de quo dr. Delta
Septē ora nili omnem ægiptum vagus atq; diſperſus/ ſeptē- facit Nilus
q; in ora ſe ſcindens ſingulis tamē grādis euol ſcilicet. Δ
uitur. Non pererrat autem tantum eam ſed
Eſtate creſcit æſtiuo ſydere exundans etiam irrigat: adeo.
efficacibus aquis ad generandum alendumq;
Hyppotāi. Cocodrilli. vt præter id: quod ſcatet piſcibus. quod hyp-
potamos cocodrilloſq; vaſtas belluas gignit:
Nil⁹ ifūdit glebis aīas glebis etiam infundat animas: ex ipſaq; hu-
mo vitalia effingat. hoc eo manifeſtum eſt:
quod vbi ſedauit diluuia: ac ſe ſibi reddidit:
per humentes campos quędam nondum per-
fecta animalia: ſed tum primum accipientia
Attē. quō Nil⁹ creſc. ſpiritum & ex parte iam formata ex parte ad-
huc terrena viſuntur. Creſcit porro: ſiue
Niues in ethiopia. quod ſolutæ magnis æſtibus Niues ex imma-
nibus æthiopiæ iugis largius quam ripis acci-
pi queant: defluunt: Siue q; ſol hyeme ter-

ris propior: & ob id fontem eius minuẽs tũc altius abit: ſinitq integrum: & vt eſt pleniſſimus ſurgere/ ſiue q per ea tempora flantes Etheſiæ / aut actas a ſeptentrione in meridiem nubes ſuper principia eius imbre præcipitant: aut venienti obuiæ aduerſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt: aut harenis quas cum fluctibus littori applicant hoſtia obducunt: fitq maior: vel q nihil ex ſemet amittit: vel quod pluſquam ſolet accipit: vel quod minus quam debet emittit. Etheſie.

Quod ſi eſt alter orbis: ſuntq oppoſiti nobis a meridie Antichthones. ne illud quidem a vero nimium abſceſſerit: in illis terris ortum amnẽ: vbi ſubter maria cæco alueo penetrauerit: ĩ noſtris rurſus emergere: & hac re ſolſticio accreſcere: tum hyeme ſit: vnde oritur. Antichtho

Atten. qſo ¶ Alia quoq in his terris mira ſunt. In quodam lacu Chemnis inſula. Lucos ſiluaſq & appollinis grande ſuſtinens templũ: natat. & quocunq venti agunt/ pellitur. Chemnis. Inſula. natans. ¶ Piramides tricenum pedũ lapidibus extructæ: quarum maxima (tres nãq ſunt) quattuor fere ſoli iugera: quę ſede occupat totidem in altitudinem erigitur. Piramides ¶ Mœris aliquando campus nunc lacus vigintimillia paſſuum in circuitu patens: altior quam ad nauigandum magnis onuſtiſq nauibus ſatis eſt. Mœris olĩ Cãpus nũc lacus. Hermo. legit Pſãmetichi. ¶ Pſaminetiæ opus Labyrinthus / domos mille & regias duodecim / perpetuo parietis ambitu Pſamieti. Labirĩth⁹.

amplexus/marmore extructus ac tectus vnũ in ſe deſcenſum habet: intus pene innumerabiles vias multis ambagibus huc & illuc remeantibus: ſed continuo anfractu & ſepe reuocatis porticibus ancipites: quibus ſubinde alium ſuper alios orbem agentibus & ſub inde tantum redeunte flexu quantum proceſſerat: magno & explicabili tamen errore perplexus eſt. Cultores regionum multo aliter a ceteris agũt. mortuos fimo obliti plãgunt nec cremare aut fodere fas putant verum arte medicatos intra penetralia collocant. Suis litteris peruerce vtuntur. Lutum inter manus farinam calcibus ſubigunt. Eorum ac negocia fœminæ. viri penſa ac dom⁹ curant: onera illæ humeris: hi capitibus accipiunt. Parentes cum egent: illis neceſſe eſt. his liberum eſt. alere. Cibos palam & extra ſua tecta capiunt. Obſcena intimis ædium reddunt. Colunt effigies multorum animalium atq; ipſa magis animalia. ſed alij alia: ideo vt quędam eorum etiam per imprudẽtiam intereniſſe capitale ſit/& vbi morbo aut forte extincta ſint ſepelire ac lugere ſolẽne ſit

Mortuos fimo oblitos. & arte medicatos domi colũt

Fœminæ opa virilia & viri pẽſa curant.

Alũt parẽ.

Cœnant in propatulo.

Q uędã colũt aialia. q̃ nephas eſt interimere & ea ſepeliũt ac lugẽt

Apis deus eorũ qualis ſit.

¶ Apis populorum omnium numen eſt Bos niger certis maculis inſignis: & cauda ligua q; diſſimilis aliorum: raro naſcitur/nec coitu pecoris vt aiunt: ſed diuinitus & cæleſti igne conceptus. dieſq; quo gignitur genti maxime feſtus eſt. Ipſi vetuſtiſſimi: vt præ

dicant hominū: trecentos & triginta reges ante Amaſim: & ſupra tredecim multum annorum ætates certis annalibus referunt. mandatumq́ʒ litteris ſeruant dum ægyptij ſunt quater curſus ſuos vertiſſe ſydera: ac ſolem bis iam occidiſſe vnde nunc oritur. Viginti millia vrbium Amaſi regnante habitarunt & nunc multas habitant. Earum clariſſimæ procul a mari. Says. Memphys. Syene. Bubaſtis. Elephantim. & Thebæ vtiq́ʒ vt homero dictum eſt centum portas: ſiue vt alij aiūt centum aulas habent / totidem olim principum domos: ſolitaſq́ʒ ſingulas vbi negocium exegerat: dena armatorum millia effundere. ¶ In littore Alexandria africæ contermina: peluſium: arabiæ ipſas oras ſecant. Canopicum. Volbiticū. Seueniticū. Pathamericū Mendeſiū. Cataptiſcū. Peluſiacū nili hoſtia.

Attende (margin)

Elephātin Thebe. cētū portas. vel vt alij. cētū aulas habebant (margin)

Vetuſtas egiptiorū. Amaſis ægypti rex. Quater ſydera curſ⁹ vertice. Says. Mēphis Syene. Bubaſtis. Thebe in egipto Alexādria Peluſium. Septē Oſtiorū Nili nomina. (margin)

DE ARABIA.

¶ ARABIA hinc ad rubrum mare pertinet. ſed illic magis læta & ditior thure atq́ʒ odoribus abūdat. hic niſi qua caſſio monte attollitur plana & ſterilis / portum admittit azotum ſuarum mercium Emporium. Qua in altum abit: adeo ædita vt ex ſummo vertice a quarta vigilia ortū ſolis oſtendat.

Capl'm. vij (margin)

Caſſius. M Azores portus. Attende. Vñ ſolis ortus cōſpici poſſit (margin)

DE SYRIA.

¶ SYRIA late littora tenet terraſq́ʒ etiam latius introrſus alijs alijſq́ʒ nuncupata nominibus. Nam & cœle dicitur & meſſopotamia

Cœle. Meſſapo. (margin)

Damaſce.
& damaſcene & adiabene & babilonia: et iu
Adiabene
Iudea
Colophõe.
dæa & colophone. ⁋Hic paleſtina eſt. qua
Paleſtina.
Babilonia.
tangit arabas cum phœnice & vbi ſe ciliciæ
Antiochia
committit: Antiochia olim ac diu potens.
Semirais
Sed cum eam regno Semiramis tenuit lõge
potentiſſima. operibus certe eius ĩſignia mul
ta ſunt. duo maxime excellunt. conſtituta
Babilon
vrbs miræ magnitudinis Babilon: ac ſiccis
Euphra.
Tigris.
olim regionibus Euphrates & tygris immiſ=
ſi. ⁋Cæterum in paleſtina eſt ingens &
Gaza
munita admodum gaza ſic perſæ ærarium
Gambyſes
vocant: & inde nomen eſt. quod cum camby
ſes armis ægiptum peteret huc belli & opes
& pecuniam intulerat. ⁋Eſt non minor
Iope ante diluuium.
Aſchalon
aſchalon. eſt Iope ante diluuium: vt ferũt cõ
Cephæus.
dita: vbi cephæa regnaſſe eo ſigno accolæ af=
Phineus.
firmant: quod titulum eius fratriſq; phinei:
vetereſq; clam arę cum religione plurima re=
Hermo. legit q̃dã aræ
Perſeus.
tinent quin etiam rei celebratæ carminibus
Androme.
ac fabulis ſeruatæq; a perſeo Androme=
dæ clarum veſtigium bellue marinæ oſſa im
Oſſa. Bel= luæ imãia.
Phœnices & q̃ iuene.
mania oſtentant. ⁋Phœnicem illuſtrauere
phœnices/ſolers hominum genus & ad belli
paciſq; munia eximium: litteras & litterarũ
operas: aliaſq; etiam artes. maria nauibus a=
dire claſſe confligere imperitare gentibus re=
Tiros ali= qñ inſula
gnum præliumq; commenti/ in ea eſt Tyros
aliquãdo inſula nunc annexa terris deficit:
quod ab ĩpugnante quõdam Alexandro ia
cta opa vici tenẽt vlteriora/ & adhuc opulẽta

Sydon anteq̄ a perſis caperetur maritimaꝝ
vrbium maxima: ab ea ad promõtorium eu=
proſopon duo ſũt oppida bubos & bacthros
vltra tria fuerunt ſingulis inter ſe ſtadijs diſ
tãtia locus ex numero tripolis dicitur. ¶Tũ
ſmyrna caſtellum/ & vrbs non obſcura ma=
rathos. Inde iam non obliqua pelago ſed ad
uerſa adiacens aſia grandem ſinum inflexo
tractu littoris accipit. populi dites circunſi=
dent. ſitus efficit: quia regio fertilis/crebris &
nauigabilis alueis fluminum peruia diuer=
ſas opes maris atq; terrarum facili commer=
tio permutat ac miſcet. ¶In eo prima eſt
reliqua pars ſyriæ: cui antyochię cognomen
additur. & in ora eius vrbes Seleutia. hyppa
tos. berithos laodicea. aroſos. anneſq; inter
eas eunt/lithos & hyppatos & oꝛtes ¶Tum
mons Amanus & ab eo ſtatim myriandros &
cilices. At in receſſu intimo locus eſt magni
aliquando diſcriminis fuſorum ab Alexan=
dro perſarum fugientiſq; Darij ſpectator ac
teſtis. Nunc ne minima quidem tunc ingẽ=
ti vrbe celebris Iſſos fuit/& hac re ſinus iſſi=
cus dicitur. ¶Procul inde amynodes ꝓ
montorium inter pyramum cydnumq; flu=
uios iacet. Pyramus iſſo prior maloſẽ præ=
terfluit. Cydnus vltra per tharſum exit.
¶Deinde vrbs eſt olim a rhodijs argiuiſq;
poſt pyratis. Pompeio aſſignãte poſeſſa/nũc
pompeiopolis tunc ſoloe. Iuxta in paruo tu

Hermo. legit biblos
Aroſos
Lithos.
Orontes.
Amanus
Miriãdros

Sidon.
Euproſo.
Bactros.
Tripolis
Smyrna.
Maratos.
Hermo. nõ legit aſia
Regio maritia diues
Antiochia
Seleutia
Ippatos
Beritos
Laodicia.
Cilicia
Alexãdcr.
Darius.
Iſſos
Aminodes
Piramus
Cydnus
Mallon legitur ab Hermo.
Tharſus
Põpeiopo.
Soloe.

Arati poetæ tumul⁹.

mulo Arati pœtæ monimentum ideo referendum/quia ignotum quamob cauſam iacta in id ſaxa diſſiliunt. Non longe hinc coricos oppidum portu ſaloq; incingitur angusto tergore continenti adnexũ ❡ Supra ſpecus eſt nomine coricius ſingulari ingenio ac ſupra quam vt deſcribi facile poſſit eximius Grandi nanq; hiatu patens montem littori appoſitum: & decem ſtadiorum cliuo ſatis arduum ex ſummo ſtatim vertice apperit. Tunc alte demiſſus & quantum demittitur amplior viret lucis pubentibus vndiquæ & totum ſe nemoroſo laterum orbe complectitur adeo mirificus ac pulcher/ vt mentes accedentium primo aſpectu conſternat: vbi cõtemplari durauere non ſaciat. Vnus in eum deſcenſus eſt anguſtus/ aſper/ quingentorum & mille paſſuum/per amenas vmbras & opaca ſiluæ quiddam agreſte reſonãtis riuis hinc atq; illic fluitãtibus. ❡ Vbi ad ima petuentum eſt rurſus ſpecus alter aperitur ob alia dicendus. Terret ingredientes ſonitu cymbalorum diuinitus & magno fragore crepitantiũ. Deinde aliquandiu perſpicuus/mox & quo magis ſubitur obſcurior ducit auſos penitus alteq; quaſi cuniculo admittit Ibi ingens amnis/ingẽti fronte ſe extolẽs tantummodo ſe oſtendit & vbi magnũ impetum breui alueo traxit iterum demerſus abſconditur. Intra ſpatium eſt magis quam

Coricos.

Spec⁹ coricius.

Nota mira de eo ſpe.

Mẽtes accedẽtiũ primo aſpectu cõſter.

Attẽ. igrediẽtes cymbalorũ ſonitu terreri.

vt progredi quiſquam auſit horribile & ideo incognitum. Totus autem anguſtus/& vere ſacer habitariq̧ a dijs & dignus & creditus nihil nō venerabile. & quaſi cū aliquo numine ſe oſtentat. ¶ Alius vltra eſt: quē typhoneū vocant/ore anguſto & multum vt experti tradidere preſſ⁹/& ob id aſſidua nocte ſuffuſus neq̧ vnquā perſpici facilis. ſed qūia aliquando cubile typhonis fuit & quia nūc demiſſa in ſe confeſtim exanimat natura fabulaq̧ memorandus. ¶ Duo deinde promontoria ſunt Sarpedon finis aliquando regni Sarpedonis: & quod ciliciam a pamphilia diſtinguit anemurium interq̧ ea cetādaris & natidos ſamiorū coloniæ / Sed cetādaris ſarpedoni ꝓpior. ¶ In pamphilia eſt melas nauigabilis fluuius/oppidū ſida/ & alter fluuius. Eurymedō Magna apud eū Cymonis athenienſium ducis aduerſus phenicas & perſas naualis pugna atq̧ victoria fuit.

¶ Mare: quo pugnatum eſt ex edito admodum colle proſpectat aſperidos: quam argiui condiderāt poſſedere finitimi. Deinde alij duo validiſſimi fluuij œſtros & carathes/ œſtros nauigari facilis. hic: quia ſe præcipitat ita dictus. Inter eos perga eſt oppidū & dianæ quā ab oppido pergeā vocant templum. Trans eoſdem/mons ſardemiſos/& phaſelis a Mopſo cōdita. ¶ Finis pamphiliæ lycia cōtinuo/cognomiata a lyco rege pādionis filio

Marginal notes (right): Attende. Terci⁹ ſpe. Typhone⁹. Typho. Sarpedō. Anemuri⁹ Cetādaris. Natidos. Pāphilia. Melas. Sida. Eurimed. Aſperid⁹. Oeſtros. Carates. Perga. Sardemi. Phaſelis.

Marginal notes (left): Hermola⁹ Celēderis habet: Cymo. Mopſus. Lycus. Pandion.

Chimera. Sydapor. Taur⁹.M.

atq; vt ferũt infeſtata olim chymere ignibus/ Sydæ portu/ & tauri promõtorio: grandem ſinũ claudit. ¶ Taurus ipſe ab eois littorib⁹ exurgens vaſte ſatis attollitur. Deinde dextro latere ad ſeptentrionem/ ſiniſtro ad meridiem verſus it in occidentem rectus & perpetuo iugo magnarũq; gẽtium qua dorſum agit terminus vbi terras dirimit exit in pelagus. Idem autem & totus vt dictus eſt dicitur etiam qua ſpectat orientem. ¶ Deinde hæmodes & caucaſus & ꝓpaniſus tũ caſpiæ pilæ niphates & armenæ pilæ/ & vbi iam nr̃a maria cõtingit taurus iterum. ¶ Poſt eius ꝓmontorium flumen eſt lymira: & eodem nomine ciuitas: atq; vt multa oppida ſic præter Pataram non illuſtia. Illam nobilem facit delubrnm appollinis quõdam opibus & oraculi fide/ delphico ſimile. ¶ Vltra eſt xãthus flumen/ & xanthos oppidum/ mons gracius & quę liciam finit vrbs telmeſos. ¶ Caria ſequitur. habitatur incertæ originis/ alit indigenas. ſũt qui pelagos: quidam cretas: exiſtimãt. genus vſq; eo quondã armoꝝ pugnæq; amãs: vt aliena etiam bella mercede ageret. Hic caſtella aliquot ſũt. Deĩde promõtoria duo pedalion & citria/ & ſecundum Galbrã amnem caunus opidum/ valitudine habitãtiũ infame. ¶ Inde ad alicarnaſſõ hæc adiacent/ Rhodiorũ aliquot coloniæ/ portus duo gelos: & cui ex vrbe: quã amplectitur thyſſa-

Hęmodes Caucaſus. Propaniſ⁹. Caſpiæ. & Armeniæ pilæ Niphates. Lymira Patara Xãtus.flu. Gracius mons. Telmeſos. Caria. Pelagi & Cretes arma mercede agunt.

Pedalion. Citria Galbra. Caunus. Alicarnaſſus. Gelos Thyſſa.

Hermo. Crya et Galbin. legitur.

miſſa cognomen eſt. Inter eos oppidum la-
rumna & pandion collis in mare emiſſus. tū
tres ex ordine ſinus. Thymnias. Schenus.
Bubeſſus. Thymniæ promontorium afrogi
um eſt. Schenus ambit hilam/ bubeſius Cy-
aotum/ cnidus in cornu pene inſulæ. Interqꝫ
eam & tetraticum ſinum in receſſu poſita en
tiana. ¶ Alicarnaſſos argiuorū colonia eſt
& cur memoranda ſit preter cōditores/ mau
ſoleum efficit regis mauſoli monimentum/
vnum de miraculis ſeptem Arthemiſie opus
¶ Trās alicarnaſſon illa ſunt littus leuca vr
bes myridos arnāda. neapolis. ſinꝰ iaſus & ba
ſilicus/ i Iaſo eſt bargylos. ¶ Poſt baſilicū io
nia aliquot ſe ambagibus ſinuat & primū a
poſſideo promōtorio inflexum incohans cin
git oraculum apollinis dictum olim brama-
tiæ nunc dydimi. Miletum vrbem quondam
ioniæ totius belli paciſqꝫ artibus principem
patriam Taletis aſtrologi/ & Thymothei mu
ſici/ & Anaximandri phyſici aliorumqꝫ ciuiū
inclytis ingenijs merito inclytā. Vtcumqꝫ io
niā vocāt vrbē hyppin amnis meandri exitū
Lamium mōtem endimionis a luna vt ferūt
adamati fabula nobilem. ¶ Deinde rurſus
inflexa cingit vrbem prienem & geſi flumi-
nis oſtium/ moxqꝫ vt maiore circuitu: ita plu
ra complectitur/ Ibi eſt panionū ſacra regio/
& ob id eo nomine appellata: quod eam cō-
muniter iones colūt: ibi a fugitiuis (vt aiunt)

Bubeſſus.
Iaſius ſinꝰ
Baſilicꝰ ſi.
Bargilos.
Branchidę
legit Hero.

Larumna.
Pēdiō coll.
Thymnias
Schenus.
Afrodigiū
promonto.
Gnidus.
Hermo. Ce
ranicum &
Euthenæ
legit.
Māſoleum
Artemiſia.
Leuca.
Myridos.
Arnanda.
Neapolis.
Ionia.
Poſſideus
promonto.
Bramatia.
Dydimi.
Miletum.
Tales mile.
aſtrologus.
Thymoteꝰ
muſicus.
Anaximā.
phiſicus.
Hippis vrbs
Meāder fl.
Lathmius
mons.
Endimiō.
Priene.
Geſus. flu.
Paniones.

condita nomen famæ annuit phigeta Ibi e=
pheſus & dyanæ clariſſimum tēplū quod a=
mazones aſia potitæ conſecraſſe tradūtur/
Ibi cayſtros amnis Ibi lybedos clariiq; apol=
linis fanum: quod mantho tyreſiæ filia fugi
ens victores thebanorum: ephigonos & colo
phon quāmopſus eiuſdem manthos fili⁹ ſta
tuit ad promontorium quo ſinus clauditur
quod altera parte alium quem ſmyrneum
vocant efficit/ anguſtiſq; ceruicibus reliqua
extendit in latius/abit in pene inſulæ faciem
¶ Super āguſtias hic ceos illic clazomena
& quia terga agūt confinio adnexa mari di=
uerſis frontibus diuerſa maria proſpectant
in ipſa pene inſula eſt coryna / ī ſinu ſmyrne=
o eſt termodon annis/& vrbs leuca extra pho
cacriſioneæ vltimæ ¶ Proxima regio ex quo
ab æolijs incoli cœpit æolis facta/ante myſia
& qua helleſpontum attingit troianis poſſi=
dentibus troas fuit. ¶ Primam vrbem a my=
rino conditore myrinam vocant Sequentem
pelpos ſtatuit victo œnomao reuerſus ex grę
cia, zimon nominauit pulſis: qui habitarant
dux amazonum zime ¶ Supra caycus inter
eleam decurrit & pytanem illam quæ arche
ſilan tulit nihil affirmantis achademiæ cla=
riſſimum antiſtitem ¶ Tum in promontorio
eſt cyna oppidum: quod præter vectos ſinus
excipit non paruus: ſed longe ac moliter fle=
xus/retrahenſq; paulatim oras vſq; ad ima

Phigeta.
Epheſus.
Amazōes.
Cayſtros.
Lybedos.
Mantho.
Tyreſias.
Ephygo.
Colophon.
Mopſus.
Smyrna.
Ceos.
Clazomēa.
Coryna
termodū. fl
Leuca
Phocacri=
ſioneæ.
Eolis.
Miſia.
Troas
Myrina
Pelpos.
Zimon
Cayeus. fl.
Elea.
Pytane
Archeſilas
Achademi
æ antiſtes
Cyna. op.

montis Idæ. ¶ Iſtmos paruis vrbibus aſperſus eſt: quarum clariſſima eſt ciſtena/gremio interiore campus thebe nomine adrymetion Auſtram Creſſam oppida eodem quo dicta ſunt ordine adiacentia cõtinẽt. ¶ In altero latere Antãdrum duplex cauſa nominis iactatur: Alij Aſcanium Aeneæ filiũ cum ibi regnaret captum a pelaſgis: ea ſe redemiſſe commemorant. Alij ab his putãt conditam quos ex andro inſula vis & ſeditio exegetat Antandrum quaſi pro andro illi quaſi ꝓ viro accipi volunt. Sequens tractus tangit gargara & aſſona æ holorum colonias. ¶ Tũ ſinus alter acaton limen non longe ab illo litora icuruat/vrbe bello excidioqꝫ clariſſima. Hic ſigeum fuit oppidum. hic achiuorum fuit bellantium ſtatio. Huc ab Ideo monte demiſſus ſcamãder exit & ſymois: fama quam natura: maiora flumina. ¶ Ipſe mõs vetere diuarũ certamine / & iudicio paridis memoratus: oriẽtem ſolem/ aliter quam in alijs terris ſolet: aſpicit. Oſtentat nanqꝫ ex ſummo vertice eius/ſpeculantibus pene a media nocte ſparſos ignes paſſim micare: & vt lux appropinquat/ ita coire ac ſe coniungere videntur / donec magis magiſqꝫ collecti pauciores ſubinde & vna ad poſtremum flama ardeãt: ea cum diu clara & incendio ſimilis effulſit cogit ſe ac rotundat & fit ingens globus diu. ¶ Is quoqꝫ grandis & terris adnexus ap=

Ida
Iſtmos.
Ciſtena.
Thebe.
Adrymeti.
Auſtra.
Creſſa.
Antãdros.
Aſcanius.
Antãdros.
vñ dicitur.
Gargara.
Aſſona
Aetholi
Acaton
Sigeũ op.
Scamãder
Symois.fl.
Ideus mõs a quo ſol oriẽs ꝓſpicitur. Q̃d ſol oriẽs ab Ida videat. ait Lucreti⁹.li.V. Idæis fama ſt.e. mõtib. altis Diſperſos ignes oriẽti luce cerni.

Iudiciũ paridis.

paret deinde paulatim decreſcens & quanto decreſcit eo clarior fugat nouiſſime noctem: & cum die iã ſol factus attollitur. ¶ Extra ſinũ ſunt rhethæa littora a Rethæo/& dardania claris vrbibus Aiacis tamẽ ſepulchro maxime illuſtria. Ab his fit arctius mare. nec iam abluit terras ſed rurſus diuidens anguſto helleſponti freto littus obuium findit/facitq; vt iterum terræ qua fluit latera ſit. ¶ Interius bithini ſunt & mariãdinei. In ora graiæ vrbes abydos & lampſacum & parion & priapos. ¶ Abydos magni quondam amoris commertio inſignis eſt/Lampſacum phocæis appellantibus nomẽ ex eo traxit. quod conſulentibus in quaſnam terras potiſſimũ tenderent reſponſum erat vbi primum fulſiſſet ibi ſedem capeſcere. Tum rurſus fit apertius mare propontis. In id granicus effunditur pugna quæ primum inter perſas & Alexandrum fuit nobilis. ¶ Trãs amnem ſedet in ceruice pene inſulæ cynzicum nomen cynzicus indidit: quem a minyis imprudẽtibus cum colchos peterent fuſum Acie cæſũq; accepimus ¶ Poſt plagea & cylace paruæ pelaſgorum coloniæ /quibus a tergo iminet mons olympus: vt incole vocãt. ¶ Miſius flumen ryndaces ĩ quæ ſequũt̃ emittit. circa/angues naſcũtur ĩmanes neq; ob magnitudinẽ modo: ſed ob id etiam mirabiles: quod vbi in alueũ eius æſtus ſolemq; fugerunt emergũt.

